



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

2t
1
919



St 1. 2 1/2




Harvard College Library


FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)








2:778

PROGRAMM
des
k. k. Staats-Gymnasiums
in
TROPPAU
für das
Schuljahr 1885—86.



Inhalt:

1. De Cornelii Taciti Germaniae apparatu critico, scripsit Dr. H. Schefczik.
2. Die Urkunden der Troppauer Museumsbibliothek nach der Neuordnung von
① Dr. Gottlieb Kürschner, k. k. Gymnasialprofessor und Conservator für
Schlesien.
3. Schulnachrichten vom Director.



Troppau 1886.

Druck von Alf. Trasslers Nachfolger Adolf Drechsler.

St 1.919

37
Konstantius fund.

6.5

De Cornelii Taciti Germania apparatus critico.

Codices, quibus Taciti Germania continetur, etsi conplures sunt numero ¹⁾, certa tamen subsidia critica nobis non suppeditant. Ac primum quidem lectiones eorum inter se comparatae satis demonstrant ex uno omnes fonte eoque iam non paucis locis corrupto esse derivatos. ²⁾ Tum ex iis ne unus quidem ex archetypo ipso descriptus est, sed omnes intercedentibus exemplaribus iam deperditis ex eo fluxerunt, ut quo quisque longius a communi illo fonte distet, eo magis vitii mutationibusque sit

¹⁾ A = Arundelianus, Bm = Bambergensis, B = Vaticanus 1862, b = Perizonianus, C = Vatic. 1518, c = Neapolitanus, F = Florentinus, H = Hummelianus, K = Kappianus s. Longolianus, L = Londinensis s. Harleianus, M = Monacensis, R = Vatic. 4498, Rb = Vatic. 655, Rd = Vatic. 2964, Re = Vatic. 1795, Rf = Angelicus, S = Stutgartiensis, T = Turicensis, V = Venetus, W₁ = Vindobonensis 49, W₂ = Vind. 711. Qui codices saepe a viris doctis conlati sunt. In hac quidem quaestione lectiones variantes respicientur, quas enotaverunt Rob. Tagmann in „De Taciti Germania apparatus critico“, Vratisl. 1847, J. F. Massmann in edit. Germ., Quedlinb. et Lips. 1847, quorum conlationes omnes codices anplectuntur, G. Thomas in „Gel. Anz.“, 1853 pg. 10. sqq. (V), C. Muellenhoff in edit. Germ., Berol. 1873 (B b Cc), A. Holder in A. Holtzmanni „Germanische Alterthümer“, Lips. 1873 (B b S) et in edit. Germ., Lips. 1878 (H S M B), H. Schweizer-Sidler in edit. Germ., Berol. 1877 (B b C c), C. Halm in edit. Germ., Lips. 1883 (B b Cc). Codicem W₂ ipse inspexi.

²⁾ cp. 7, 12 (sec. Holderi editionem Germ., Lips. 1878) *unde feminarum ululatus (ululatus feminarum C V T W₂) audiri*. cp. 21, 16 *victus inter hospites (homines C) comis (comes S)*. cp. 28, 14 *neruli (heruli R b f L herculi R b) pro Nervii*, quod in H solo extat. ibd. 18 *nubii (ubii H) pro Ne Ubii*. cp. 36, 4 *nomine superioris (superiores H T)*. cp. 37, 17 *Marco pro On*. cp. 38 10 *retro sequuntur (sequuntur R f L sequentē C)*. cp. 40, 9 *ea pro eo*. Qua de re cf. Tagm. app. crit. pg. 29. sqq. Qui his lectionibus manifesto corruptis communis codicum fons indicatur, est apographum ab Enoc Asculano e cod. Fuldensi anno 865 non recentiore in monasterio Fuldensi vel Hersfeldensi factum et paulo ante annum 1460 in Italiam adlatum. cf. Fr. Ritschl, Mus. Rhen. 1843 pg. 615. sqq., Tagm. appar. crit. pg. 28. sq., Massm., edit. Germ. pg. VII. sqq., 156. sqq. Fr. Ritter, edit. Tac. operum, vol. IV. Cantrabrig. 1848 pg. V. sqq. et Philol. XVII (1861) pg. 662. sqq., C. Nipperdey, Allgem. Literaturz. 1848 pg. 837. sqq., C. L. Roth, edit. C. Suetonii operum, Lips. 1858 pg. LI. et LXV. sq., A. Reifferscheid, Sueton. quaest., Lips. 1860 pg. 409. sqq. et pg. XIV., L. Urlichs, Eos II. (1866) pg. 224. sqq., A. Michaelis, edit. Tac. Dialogi. Lips. 1868 pg. VIII. sq.

depravatus. Scripti sunt denique ad unum-omnes saeculo quinto decimo ab Italis ¹⁾, quo tantum aberat, ut libros diligenter describerent, ut quo quisque doctior esset, eo magis pravo studio corrigendi textum mutaret. Unde adparet, quantam res critica in Taciti Germania habeat difficultatem. Nam cum perdifficile sit e codicibus, qui extant, valde corruptis atque interpolatis archetypi eruere scripturam, desperandum est fore, ut omnia huius menda probabiliter unquam persanentur. Quae cum ita sint, in textu Germaniae constituendo, si quam proxime ad Taciti manum accessuri sumus, critica quae nobis praesto sunt subsidia prudenter ac considerate adhibenda sunt.

Viri docti quidem alii ex aliis codicibus scriptoris verba repetenda esse contendunt. Ac plurimi eorum codd. Bb, quos Reifferscheid ²⁾ ex uno libri Enoc Asculani apographo originem traxisse coniecit, optimos esse iudicant, relicuis vero codicibus, quos ad alterum archetypi apographum referendos esse Nipperdey ³⁾ et Michaelis ⁴⁾ probaverunt, parvum pretium statuunt ⁵⁾. Cui sententiae primus oblocutus est Waitz ⁶⁾, qui cod. C multis locis probabiliores lectiones quam Bb easque saepe cum c, non raro cum aliis praebere monuit. Neque maiorem auctoritatem codd. Bb Holder adtribuit. Is enim in editione a. 1878 vulgata cod. H ducem sibi elegit, proxime hunc vero S M posuit, tertio demum loco Bb consuluit. Denique E. Baehrens ⁷⁾ codicibus alterius classis, quorum optimos censet esse Cc, archetypi scripturam multo integrius quam libris Bb conservatam esse censet, sed in eo ab omnibus dissentit, quod cod. H, qui ei praestantia atque integritate scripturae inter ceteros maxime excellere videtur, non ex exemplo Enoc Asculani derivatum, sed e codice illo Fuldensi ipso descriptum esse suspicatur. Qua in varietate sententiarum nobis peropportune cecidisse videtur, quod I. Huemer in „Zeitschr. f. d. österr. Gymn.“, 1878 pg. 801. sqq. codicis W₂, adhuc ignoti lectiones variantes publicavit ⁸⁾. Nam si eas in stemmate codicum constituendo respexeris, haud scio an eo perventurus sis, ut rectam artis criticae viam

¹⁾ cf. Massm., edit. Germ. pg. 170. sq. Codicem W₂, Romae a. 1466 exaratum esse ex adnotatione in folio 331^a adscripta cognoscitur.

²⁾ Suet. quaest. pg. 414.

³⁾ Allg. Literaturz., 1848 pg. 843. sqq.

⁴⁾ edit. Tac. Dialogi pg. XII.

⁵⁾ vid. Reifferscheid., Symb. philol. Bonn. 1867, Muellenhoffii edit. Germ. 1873, Halmii edit. Germ. 1874, Nipperdeii edit. Germ., Berol. 1876, A. Baumstarkii „Ausführl. Erläuterung d. allgem. Theiles d. Germ. d. Tac.“, Lips. 1875, Schweizer-Sidleri edit. Germ. 1877, C. Tückingii edit. Germ., Paderb. 1882, Jo. Mülleri edit. Germ. Prag. 1885.

⁶⁾ Nachr. v. d. Göttinger Gesellschaft d. Wissensch., 1874 pg. 437. sqq.

⁷⁾ Jahni Annales, a. 1880 pg. 265. sqq.

⁸⁾ Huemeri conlationem, cum codicem denuo inspexi, his locis corrigendam esse inveni :

iam inventam esse neges. Quod ut concedas, denuo inquiremus, quomodo codices qui extant inter se cohaereant quantique singuli aestimandi sint. Ac si quis codicum lectiones diligentius inter se comparaverit, has codicum familias distinguendas esse invenerit:

1. codd. Bb, qui contra ceterorum auctoritatem in his vitiis inter se consentiunt¹⁾: cp. 2, 10 *tristone*. cp. 6, 8 *ī mensu* pro *in immensum*. cp. 7, 2 *etiam* pro *et*. cp. 9, 3 *et Herculem* post *placant* pro *Herculem ac Martem*. cp. 10, 17 *istos* pro *illos*. cp. 12, 9 *vindicavit* pro *vindi-*

cp. 3, 1 *Fuisse & apud*. ibd. 9 *ulixen*. ibd. 14 *reperta* pr. cp. 11, 11 *ad sumiē*. cp. 13, 4 *tum* scriptum mihi esse videtur. cp. 16, 6 *circundat*. cp. 28, 10 *a bois*, in marg. nihil enotatum inveni. ibd. 14 *adfectionem*. cp. 29, 17 *leuissimusq;* *quisq;* cp. 30, 16 *ppriora*. cp. 33, 2 *chamauos*. ibd. 9 *in gentib;* cp. 40, 1 *ac* (val.). Idem nonnullas lectiones a viro doctissimo omissas esse animadverti, quae ad codicem recte aestimandum multum conferunt: cp. 1, 4 *conplectens*. cp. 2, 19 *sint*. cp. 3, 7 *precipue*. cp. 4, 7 *patientia*. cp. 5, 4 *impaciens*. ibd. 14 *commertiorum*. cp. 7, 2 *et*. eod. versu *pocius*. cp. 7, 11 *et* (prop). ibd. 15 *cibos & hortamina* (que om.). cp. 8, 10 *numinis*. ibd. 11 *tanquam*. cp. 9, 9 *celestium*. cp. 10, 7 *inpressam*. ibd. 13 *contacti*, in marg. m. 2. *contactis*. cp. 11, 6 *auspiciatis-simum*. ibd. 12 *tum*. cp. 13, 13 *emulatio*. cp. 14, 8 *ocio*. ibd. 17 *uulnera*. cp. 16, 5 *locant*. ibd. 13 *quia*. cp. 17, 4 *distingunt*. ibd. 7 *commertia*. cp. 18, 6 *& prop*. ibd. 18 *rursusq;* eod. v. *referantur*. cp. 19, 4 *pariter &*. cp. 20, 10 *ad patrem*. cp. 21, 3 *enim* om. ibd. 6 *alia*. cp. 22, 8 *de re conciliandis*. cp. 24, 8 *deliberate*. cp. 25, 4 *aut col*. ibd. 5 *offitia*. eod. v. *ac liberi*. ibd. 11 *regnant*. cp. 28, 2 *& iam*. ibd. 3 *animis*. ibd. 16 *inercia*. cp. 30, 1 *hercynio*, in marg. m. 2. *herquio* (sed rursus deletum.). ibd. 7 *preponere*. ibd. 16 *cūctatio*. cp. 31, 3 *submittere*. ibd. 10 *& hic*. ibd. 11 *paenes*. ibd. 14 *cura*. cp. 32, 2 *ac*. ibd. 5—6 *hi usus*. cp. 33, 8 *ac certe*. cp. 34, 7 *temptavimus*. ibd. 10—11 *simulatq;* cp. 35, 5 *tam*. ibd. 11 *agant*. cp. 36, 4—5 *superioris*. cp. 37, 4—5 *etiam* (= et tam). ibd. 16 *obiecerit*. ibd. 24 *hybernis & iam*. cp. 38, 8 *obtinent*. cp. 39, 1 *nobilissimosque*. ibd. 2 *stato*. ibd. 3 *patrum*. cp. 40, 1 *paucitas*. ibd. 3 *& pericl*. ibd. 5 *nurthones* vel *nürchones*. ibd. 7 *in commune Nerthum*. ibd. 15—16 *saciatam*. cp. 43, 1 *osi buri* (b del. m. 2.), in marg. m. 2. *siburi*. ibd. 3 *cultu* (que om.). ibd. 6 *inponunt*. ibd. 7 *effodunt*. cp. 45, 2 *inmotum*. eod. v. *cludiq;* ibd. 7 *litore*. ibd. 16—17 *conpertum*. ibd. 19 *praetiumq;* cp. 46, 1 *Peucinatorum*, in marg. m. 2. *peucurorum*. ibd. 4 *ac torpor procerum*. ibd. 17 *subfugium*. ibd. 18 *hoc senium*.

¹⁾ cf. Tagm. app. crit. pg. 43. sqq. et Reiffersch. Sueton. quaest pg. 414. His vitiis codicum Bb propriis adiungenda sunt ea, quae correctoris manu in aliorum codicum textum inlata esse docebimus: cp. 2, 13 *hermiones* B b C V R b d e pro *Herminones*. ibd. 20 *etiam* B b cum omnibus praeter W, H C c (om.) W A S M R b f F, qui *et* exhibent. cp. 5, 21 *affectatione* B b V R d pro *affectione*. cp. 6, 20 *quidem* B b W, pro *quod*. cp. 11, 12 *tamen* B b S (pr.) M K R d pro *tum*. cp. 13, 4 *cum* B b S R d pro *tum*. cp. 16, 5 *longant* B b K pro *locant*. cp. 22, 1 *enim* B b S V K R d pro *e*. ibd. 13 *adhec* B b F pro *adhuc*. cp. 31, 6 *noscendi* B b C V K pro *nascendi*. cp. 33, 9 *urgentibus iam* B b K R d pro *urgentibus*. cp. 34, 1—2 *thasuarii* B K R d *tasuarii* b pro *Chasuarii*. cp. 37, 8 *sapirio* B R d *sapyrio* b *sapino* K pro *Papirio*. ibd. 16 *obiecerit* B b V L R d pro *obiecerit*. ibd. 17 *quoque* B b C R W, K pro *que*. cp. 38, 10 *religatur* B b K R d pro *religant*. cp. 39, 3 *patrium* B b C V R d M F pro *patrum*. cp. 45, 24 *sudant* B b F pro *sudantur*. ibd. 25 *radius* B b C R d S R b F pro *radiis*.

catur. cp. 17, 6 *ferunt* pro *gerunt.* cp. 25, 2 *ministris* pro *ministeriis.* ibd. 9—13 *verba liberti — argumentum sunt* falso in extremo cap. 26 post *ignorantur* posita. cp. 28, 12 *qui* pro *quia.* cp. 30, 1 *ulera* pro *ultra.* cp. 35, 5 *nam* pro *iam.* ibd. 7 *maluit* pro *malit.* cp. 36, 7 *fusi* pro *fosi.* cp. 40, 4 *veusdigni* pro *Reudigni.* ibd. 7 *neithu* pro *Nerthum.* cp. 42, 4 *parata* pro *paria.* cp. 45, 8 *abluuntur* pro *adluuntur.* cp. 46, 9 *pecudum* pro *peditum.* ibd. 22 *dijficilem* pro *dijficillinam.*

2. codd. W, H: cp. 1, 2 *ac* pro *et.* cp. 2, 15 *gambruios* pro *Gambrivios.* cp. 12, 4 *insuper et* pro *insuper.* cp. 13, 14 *principium pum* W, *principum* i. t. *principium* var. H pro *principum.* cp. 14, 12 *principes* pro *principis.* cp. 21, 12 *abeunt* pro *abeunti.* cp. 24, 11 *parva* pro *prava.* cp. 30, 6 *amimis* pro *animi.* cp. 31, 16 *durā* pro *durae.* cp. 38, 8 *rarum e rerum* corr. W, *eorum* i. t. *rarum* in marg. H pro *rarum.*

3. codd. C c R¹⁾: cp. 2, 11 *conditoris* C R. cp. 4, 2 *populis* C c R pro *populos.* cp. 5, 7 *eatque* c R *eatque* C pro *eaque.* cp. 8, 2 *preco* C c pro *precum.* cp. 9, 10 *consacrant* C c R pro *consecrant.* cp. 13, 14 *primum* C c R pro *primus.* cp. 16, 11 *imitentur* c R pro *imitetur.* cp. 21, 8 *defecer&* C *defecerit* c *deficeret* R pro *defecere.* cp. 24, 3 *excitatio* C c pro *exercitatio.* cp. 25, 5 *exequantur* C c R pro *exequuntur.* ibd. 13 *est* c R (C om.) pro *sunt.* cp. 28, 11 *commigraverunt* C c R pro *commigraverint.* cp. 29, 3 *populis* C c pro *populos.* cp. 30, 5 *arcus* C c R pro *artus.* ibd. 16 *propiora* C c R pro *propior.* cp. 35, 4 *obtendere* C c pro *obtenditur.* cp. 40, 8 *propriis* C c pro *populis.* cp. 43, 2 *q^odorug;* C c *quodorumque* R pro *Quadorumque.* ibd. 21 *proelium* c *praelium* R *preliis* C pro *proelia.* cp. 44, 3 *fronte* C c R pro *frontem.* ibd. 8 *nec* C c pro *non.* ibd. 9 *promisco* c R pro *promiscuo.* cp. 45, 26 *exudant* C *exsudant* c pro *exundant.* ibd. 29 *rasinae* C c R pro *resinamve.*

4. codd. S M²⁾: cp. 1, 5 *et* pro *ac.* cp. 25, 5 *et (lib.)* pro *ac.* cp. 30, 11 *concensu* M *consensum* S pro *concessum.* cp. 32, 2 *at* M et S pro *ac.* cp. 35, 11 *agunt* pro *agant.* cp. 36, 8 *adversorum* M *adversariorum* S pro *adversarum.* cp. 37, 16 *abiecerit* pro *obiecerit.* cp. 40, 4 *uarmi* pro *Varini.* cp. 44, 1 *sui onn* M *si nouu* S pro *Suionum.* cp. 45, 4 *habet et* M *habet* S pro *hebetet.*

5. codd. V T W₁³⁾: cp. 1, 10 *erumpit* T W₁ pro *erumpat.* eod. v. *enim* om. V T W₁. cp. 2, 14 *autem* V T W₁ pro *ut in.* cp. 6, 8

¹⁾ cf. Tagm. app. crit. pg. 42. et Reiffersch. Suet. quaest. pg. 416.

²⁾ Idem animadverterunt Holder, edit. Germ. 1878 et Baehrens, Jahn. Annal. a 1880 pg. 269.

³⁾ cf. Tagm. app. crit. pg. 47.sq. et pg. 81.sqq.

plura T W₁ pro *pluraque*. cp. 21, 11 *hospitii* V W₁ pro *hospitis*. cp. 24, 9 *iunior* T W₁ pro *iuvenior*. cp. 27, 5 *peroperosum* V T W₁ pro *operosum*. cp. 30, 13 *coonerant* V T W₁ pro *onerant*. cp. 31, 5 *frontes* V T W₁ pro *frontem*. cp. 39, 4 *cohaerent* V T W₁ pro *coeunt*. cp. 45, 25 *liquantia* V T W₁ pro *liquentia*. cp. 46, 15 *et* T W₁ pro *ac*.

6. codd. Rbf F¹⁾: cp. 7, 7 *imperitante* pro *imperante*. cp. 9, 11 *id* pro *illud*. cp. 14, 7 *princeps* pro *victoria pugnatur* pro *principes pro vict. pugnant*. cp. 16, 5 *nostri* pro *nostrum*. cp. 21, 4 *recipit* (que om.) cp. 22, 13 *nec* pro *non*. cp. 30, 10 *non* pro *nec*. cp. 31, 13 *iam* pro *nam*. cp. 34, 9 *referri* pro *referre*. cp. 35, 6—7 *autem Germanus* pro *inter Germanos*. *ibd.* 7 *mavult* pro *malit*. *ibd.* 9—10 *appellantur* pro *populantur*. *ibd.* 11 *assequentur* pro *assequuntur*. cp. 36, 6 *vagantur* pro *vocantur*. cp. 38, 2—3 *partem Germaniae* pro *Germaniae partem*. cp. 39, 1 *Semnone* pro *Semnones*. cp. 43, 1 *Marsigini* pro *Marsigni*. cp. 44, 12 *neque* pro *ne*. cp. 45, 3 *calens* pro *cadentis*. *ibd.* 6 *ut* pro *et*. *ibd.* 24 *credendum* pro *crediderit*.

Ad hos codices proxime accedit cod. L. Quod his locis probari potest: cp. 2, 15 *Vandilos* L Rbf pro *Vandilios*. cp. 3, 4 *bardicum* L Rbf F pro *barditum*. cp. 8, 9 *velle dum* L *veledum* Rbf F pro *Veledam*. cp. 21, 6—8 *effusius* — *excipit* om. L Rbf. cp. 28, 14 *heruli* L Rf F *herculi* Rb pro *Nervii*. cp. 32, 2 *tenteri* L Rbf F pro *Tencteri*. cp. 34, 1 *Dulciboni* L Rbf F.

7. codd. K Rd²⁾: cp. 10, 12—13 *candi* pro *candidi*. cp. 11, 9 *iniussu* pro *ut iussi*. *ibd.* 10 *coetium* pro *coeuntium*. cp. 13, 5 *nec* pro *haec*. *ibd.* 16 *semper et* pro *semper*. cp. 16, 15 *populatio* pro *populatur*. cp. 18, 16 *parata* K *data parata* Rd pro *data*. eod. v. *renunciant* pro *denunciant*. eod. v. *parientes* pro *pariendum*. cp. 20, 6—7 *inexauta* pro *inexhausta*. cp. 25, 8 *impune* (est om.). cp. 28, 22 *collati* pro *collocati*. cp. 34, 8 *magnum* pro *magnificum*. cp. 40, 4 *Veudigni* pro *Reudigni*. cp. 42, 7 *Trudi* pro *Tudri*.

Similis fons fuit codici Re, qui capite 13 desinit, si quidem ex his exemplis coniecturam facere licet: cp. 9, 3 *et* K Rde V pro *ac*. cp. 13, 12 *et* Rde pro *etiam*.

8. codd. A Bm, qui hodie iam deperditi esse videntur³⁾: cp. 1, 9 *Arnibae* A *Anribae* Bm pro *Abnobae*. cp. 3, 6 *mentis* pro *virtutis*. cp. 4, 3 *propterea* A *perpetuam* Bm pro *propriam*. *ibd.* 6 *corpora tantum* (et om.). cp. 11, 9 *ut iussu* A *iussu* Bm pro *ut iussi*. cp. 12, 10

¹⁾ cf. Massm. edit. Germ. pg. 3. 18. 194. sq. et Tagm. app. crit. pg. 45. sq.

²⁾ cf. Tagm. app. crit. pg. 43.

³⁾ cf. Tagm. app. crit. pg. 46. sq.

vita pro iura. ibd. 11 excellunt pro reddunt. cp. 16, 13 operiunt pro onerant. cp. 18, 5 marito om. cp. 19, 6 parentibus pro praesens. cp. 20, 13 ii et pro et in. cp. 44, 11 otiosae pro otiosa.

In his vero octo familiis vix ullum codicem deprehenderis, quem ex altero eiusdem familiae libro descriptum esse agnoscas. Nam quemcunque codicum nominas, in eo lectiones singulares occurrunt, quae manum librarii corrigentis subterfugere solent. Cuius rei exempla ex his codicibus adiungam:

cod. B¹⁾: cp. 5, 11 *etiam* pro *et*. cp. 25, 2 *utuntur* om.

cod. b: cp. 2, 18 *ut* pro *ac*. cp. 8, 11 *neque* pro *nec*. cp. 14, 5 *eius* om. cp. 28, 7 *utraque* om. cp. 35, 12 *et* pro *ac*. cp. 41, 3 *nunc* om. cp. 46, 22 *sunt* om.

cod. W₂: cp. 3, 16 *neque* om. cp. 7, 15 *cibos* (*que* om.) cp. 8, 10 *sed ut* pro *sed et*. cp. 19, 11 *quidem &* pro *quidem*. cp. 21, 3 *enim* om. cp. 31, 10 *& hic* pro *hic*. cp. 37, 8 *ad* om. cp. 41, 5 *ac* pro *atque*.

cod. H: cp. 1, 8 *ac* pro *et*. cp. 7, 3 *ac* (*consp.*) pro *si*. *ibd. 8 ac* pro *et*. cp. 19, 7 *et* pro *ac*. cp. 29, 12 *animo* (*que* om.) cp. 32, 4 *laus est* pro *laus*. cp. 46, 9 *ac* (*scuta*) pro *et*.

cod. C: cp. 5, 3 *aut* pro *ac*. cp. 6, 24 *&* pro *etiam*. cp. 10, 2 *est simplex* pro *simplex*. cp. 15, 9 *et* pro *etiam*. cp. 28, 2 *&* pro *etiam*.

cod. c: cp. 13, 6 *hinc* pro *hic*. cp. 30, 13 *que* pro *quoque*. cp. 41, 4 *eaque* pro *eoque*. cp. 43, 5 *et* pro *ut*.

cod. R: cp. 1, 2 *&* pro *a*. cp. 6, 26 *fas est* pro *fas*. cp. 13, 4 *in* om. cp. 41, 2 *est ut* pro *ut*. cp. 43, 3 *cultuae* pro *cultuque*.

Neque in reliquis libris huius modi lectiones desunt. Quamobrem quos codices in unam familiam rettulimus, eos ex uno exemplari hodie deperdito derivatos esse suspicamus.

Jam si quaerimus, quam longe haec exempla, e quibus singulas codicum qui extant familias originem traxisse monuimus, a communi distent archetypo, etiam de hac re lectionibus codicum inter se comparatis edocemur. Ac primum codd. C c R cum V T W₁ in vitiis conspirare ex his locis cognosci potest:

cp. 2, 10 *sit* C V T W₁ pro *est*. cp. 3, 12 *hodie* C c R V T W₁ pro *hodieque*. cp. 7, 12 *ululatus feminarum* C V T W₁ pro *feminarum ululatus*. cp. 12, 1 *consilium* C c R V pro *concilium*. cp. 14, 3 *equare* C c R V W₁ pro *adaequare*. *ibd. 11 clarescant* C c V W₁ pro *clarescunt*. cp. 19, 9 *invenit* C c V T W₁ pro *invenerit*. cp. 26, 7 *et (hortos)* C V T W₁ pro *ut*. cp. 35, 5 *sinatur* C c R V pro *sinuetur*. cp. 39, 8 *est* om. C V T W₁. cp. 42, 7 *manserunt* C c V T W₁ pro *mansere*. cp. 43, 1 *burii* C c V T W₁ pro *Buri*. cp. 45, 5 *formas* (*que* om.) C c R V T W₁

¹⁾ cf. Reiffersch. Suet. quaest. pg. 414.

Hoc lectionum consensu nobis nihil aliud indicari videtur nisi codicum C c R et V T W₁ archetypos ex uno libro esse profectos. Nam in utroque eorum menda extitisse e locis pg. 6. sq. adlatis perspicitur, quibus, ne alterum ex altero deducamus, admonemur.

Ad eundem hunc fontem codd. K Rd referendos esse his exemplis conprobatur: cp. 30, 11 *ratione* c R V T W₁ Rd pro *Romanae*. ibd. 14 *raro* C V T W₁ Rd pro *rari*. cp. 34, 8 *seu* V T W₁ K pro *sive*. cp. 40, 12 *cum* om. T W₁ K. ibd. 15 *item* C V T W₁ K pro *tunc*.

Neque ex alio libro codicum A Bm archetypus originem traxisse videtur; quod inde colligimus: cp. 22, 8 *reconciliatis* C V W₁ A pro *reconciliandis*. ibd. 9 *inimicitiiis* C V T W₁ A pro *inimicis*.

Deinde ad unum exemplum pertinent codd. S M et Rbf F L, qui in his locis inter se congruunt:

cp. 14, 17 *mederi* S pr. *meteri* Rb *metere* F pro *mereri*. ibd. 18 *in ers* M *in eis* Rbf pro *iners* cp. 16, 5 *nostri* S Rbf F pro *nostrum*. cp. 20, 11 *habet* S Rbf F pro *hunc*. cp. 29, 13 *ipse* S Rbf F pro *ipso*. cp. 30, 14 *chartos* M *chactos* Rb *cactos* F pro *Chattos*. cp. 40, 15-16 *sacratam* Rbf F *sacratum* S pro *saciatam*. ibd. 20 *parituri* M Rbf pro *perituri*. cp. 45, 9 *proprior* M Rbf F pro *propior*.

Hac ratione duos libros olim extitisse repperimus, quorum unus fons fuit codicum C c R V T W₁ K Rd A Bm, alter vero codicibus S M Rbf F L servatus est. Sed quam mire eorum scripturae inter se consenserint, ex his exemplis cognoscitur:

cp. 5, 8 *propitii* (ne om.) C c T W₁ Rbf F. cp. 6, 19 *diffinitur* T W₁ Rd S Rbf F pro *definitur*. cp. 10, 14 *hinnitus* (que om.) C c R V T W₁ Rbf F. cp. 20, 2 *mirantur* C V Rd S (corr.) Rbf F pro *miramur*. cp. 24, 3 *parat* C V T W₁ A S M pro *paravit*. cp. 28, 5 *diversas* C V T W₁ Bm Rbf F L pro *divisas*. cp. 35, 11 *assequantur* C c S *assequuntur* Rbf F pro *assequuntur*. cp. 37, 17 *Manilio* c W Rbf F L pro *Manlio*. cp. 38, 10 *ligant* C c R V T W₁ L S (pr.) *ne legant* Rbf F pro *religant*. cp. 40, 19 *id* C V T W₁ S Rbf F pro *illud*. cp. 45, 5 *emergentis* om. C V T W₁ K S Rf. ibd. 16 *gignit* C c R V T W₁ Rbf F pro *gignat*. cp. 46, 24 *et corpora* C c V T W₁ Rd Rb pro *corpora*.

Hanc lectionum similitudinem ita interpretamur, ut qui codices eam prae se ferant, eos ex uno libro derivatos esse censeamus. Huius vero origo eadem fuit ac codd. W₂ H archetypi. Quod ut perspicias, haec adferam:

cp. 13, 14 *principium pum* W₂ *principium* H (var.) C c V W₁ M Rbf F: *principum* B b. cp. 26, 3 *vices* W₂ C c V T W₁ S M Rbf F L *vicis* Bm *vice* H *vile* R: *in vices* B *in vicem* b. cp. 30, 16 *propiora* W₂ M *propiora* C c R *proprior* H W₁ Rd S Rbf: *propior* B b. cp. 33, 9 *in gentibus* W₂

H S M *in uigentibus* R *in urgentibus* C c V T W₁ Rbf F *in vergentibus* A : *urgentibus iam* B b. cp. 37, 4 *ambitum* W₂ H C c R V S M Rbf F : *ambitu* B b. ibd. 24 *nam* W₂ H c R Rd S M Rbf F : *inde* B b. cp. 38, 10 *in ipso solo* W₂ H C c R V T W₁ K Rd Rbf F : *in ipso* b *in ipso* B. cp. 45, 31 *differuntur* W₂ H C c R M Rbf F : *differunt* B b.

His locis adiciendi sunt ii, quibus H emendatam exhibet scripturam ¹⁾:

cp. 4, 5 *tanquam* W₂ C c V Rd M : *quamquam* B b. cp. 22, 8 *sed* W₂ C c V T W₁ S Rbf F : *sed et* B b. cp. 30, 12 *impedite* W₂ c R W S M Rf F *inpedite* C K *impedire* Rd : *in pedite* B b. cp. 33, 8 *ac* W₂ C R V S M : *at* B b. cp. 43, 13 *regionis* W₂ C c R Rd M Rbf : *religionis* B b.

Quae cum ita sint, codices qui extant ad duo apographa e libro Enoc Esculani (I) facta referendi sunt, quorum alterum (X) codicibus B b repraesentatur, alterum (Y) autem ita servatum est, ut in uno eius apographo (G) libri W₂ H, in altero (y) relicui nitantur. Quod si verum est, in restituenda archetypi memoria praeter codd. B b consulendi erunt libri W₂ H et qui exemplaris y scripturam optime conservaverunt.

Sed qui sunt illi, quos libris B b W₂ H adiciendos esse cognovimus? Eos ut eruamus, hoc unum exquirendum est, utrum codd. C c R an S M meliorem praebeant scripturam. Nam qui alii e codice y profecti sunt, ii e diversissimis exemplis conflati vitiisque atque erroribus maxime referti sunt.

Atque in codicibus S M, si quis eorum scripturam cum relicuis libris accuratius comparaverit, primum lectiones codicum B b proprias invenerit :

cp. 3, 8 *ad eos* M B : *ad os* Y²⁾. cp. 5, 11 *perinde* S B b : *proinde* Y³⁾. cp. 6, 8 *immensum* M B b : *in immensum* Y. cp. 7, 2 *aut* M B b : *ac* Y⁴⁾. cp. 11, 12 *tamen* S (pr.) M B b : *tum* Y⁵⁾. cp. 13, 4 *cum* S B b : *tum* Y⁶⁾. cp. 18, 6 *ac* S b : *et* Y. ibd. 13 *incipientibus* S B b : *incipientis* Y⁷⁾. cp. 20, 3 *ne* S b : *nec* Y⁸⁾. eod. v. *aut* M b : *ac* Y⁹⁾. cp. 22, 1 *enim* S B b : *e* Y¹⁰⁾. cp. 38, 10 *in ipso* S M B : *in*

¹⁾ vid. pg. 12.

²⁾ *ad eos* F.

³⁾ *perinde* Rd.

⁴⁾ *ac* C c R T W₁ A S Rbf L.

⁵⁾ *tamen* K Rd.

⁶⁾ *tum cum* Rbf F *tum eum* W₁ A *tum eutu* M *cum* Rd.

⁷⁾ om. Rf F.

⁸⁾ *non* C Rbf F.

⁹⁾ *nec* Rd *non* Rbf F *aut* K.

¹⁰⁾ *enim* V K Rd.

*ipso solo Y*¹⁾. cp. 45, 1 *profertur* S b : *perfertur* Y²⁾. ibd. 31 *differunt* S B b : *differuntur* Y³⁾.

Deinde codicum S M archetypum ad librum G correctum esse ex his locis confici potest:

cp. 2, 8 nisi sibi S W₂ H : nisi si y⁴⁾ et X⁵⁾. cp. 3, 12 incolatur M W₂ H : incolitur y et X. cp. 6, 20 primum S W₂ H : primo y et X. cp. 12, 5 *illud* S H : *illuc* y⁶⁾ et X. cp. 14, 3 *infamem* S W₂ H : *infame in* y⁷⁾ et X. cp. 15, 12 *singulis* M W₂ H : *a singulis* y et X. cp. 19, 4 et M W₂ : *ac* y⁸⁾ et X. cp. 22, 15—16 *deliberandum* M W₂ : *deliberant dum* y et X. cp. 25, 11 *regnant* M W₂ H : *regnantur* y⁹⁾ et X. cp. 26, 10 *proinde* M W₂ : *perinde* y et X. cp. 38, 8 *supius* | *sepius* M saepius W₂ H : *saepe* y et X. cp. 39, 1 *seu* M W₂ H : *se* y¹⁰⁾ et X. eod. v. *nobilissimos* M H : *nobilissimosque* y et X. cp. 43, 3 *cultu* M W₂ H : *cultuque* y¹¹⁾ et X. cp. 46, 3 *quidem* M W₂ H : *quidam* y et X.

Extant denique in eisdem libris lectiones e codice quodam receptae, e quo multae in cod. W₂ alia manu adscriptae, complures in libri H textum inlatae sunt. Quod ut credamus. his locis adducimur :

cp. 10, 13 *contactis* S W₂ (m. 2) : *contacti* ceteri. cp. 30, 1 *herquinio* M W₂ (m. 2) H soli. ibd. 4 *herquinus* M W₂ (m. 2) H soli. cp. 34, 1 *dulcubuni* M W₂ (m. 2), quam scripturam in *dulcubimi* mutatam H exhibet. cp. 40, 5 *suardes seu suardones* S *suardones* W₂ (m. 2) H.

At codd. C c R tantummodo codicum B b scripturis interpolatos esse animadvertimus :

cp. 2, 13 *hermiones* C B b : *herminones* Y¹²⁾. cp. 13, 15 *haec* C b (pr.) : *hae* Y¹³⁾. cp. 26, 5 *praebent* c R b : *praestant* V¹⁴⁾. cp. 31, 6 *noscendi* C B b : *nascendi* Y¹⁵⁾. cp. 37, 10 *tamen* c b (pr.) : *tam* Y. ibd. 17 *quoque* C R B b : *que* Y¹⁶⁾. ibd. 19 *caesaris* C c B : *caesari* Y¹⁷⁾.

¹⁾ in ipso Rd in solo K.

²⁾ profertur Rbd.

³⁾ vid. pg. 10.

⁴⁾ nisi sibi T nisi Rbf F L.

⁵⁾ nisi b.

⁶⁾ illuc c.

⁷⁾ infamem in Rbf F.

⁸⁾ et Rd.

⁹⁾ regnant V T F regnabantur R.

¹⁰⁾ om. c S F.

¹¹⁾ cultue R.

¹²⁾ hermiones V Rde.

¹³⁾ haec W₂.

¹⁴⁾ praebent H Rd.

¹⁵⁾ noscendi V K.

¹⁶⁾ quoque W₁ K.

¹⁷⁾ caesaris Rd.

Qua re perspecta libros C c R e codicibus, quos ad exemplum y rettulimus, dignissimos esse iudicamus, qui in Germania edenda praeter B b W, H adhibeantur. Neque vero his omnibus eadem est auctoritas. Minimi quidem aestimandi sunt B b. Nam si lectiones illas depravatas, quas pg. 5. et 9. sq. commemoravimus. numeraveris, apographum Y archetypi memoriam multo integriorem quam apographum X praebere intelleges. Tum vero codd. W, H, quippe qui multo propius ad librum Y accedant quam C c R, omnium optimos esse concedendum est, etsi ne hi quidem interpolationibus carent. Uterque eorum scripturas codicum B b praebet ¹⁾:

cp. 6, 20 *quidem* W, B b: *quod* Y. cp. 13, 14 *principium pum* W, *principium* B b: *principium* Y²⁾. ibd. 15 *hec* W, b (pr.): *hae* Y³⁾. ep. 22, 8 *sed et* H B b: *sed* Y⁴⁾. cp. 25, 4 *aut* W, b: *ut* Y⁵⁾. cp. 40, 3 *ac* H B b: *et* Y⁶⁾. ibd. 5 *nurthones* W, b: *nuithones* Y⁷⁾. cp. 42, 3 *etiam ipsa* H b: *ipsa etiam* Y. cp. 44, 1 *ipse* H B b: *ipso* Y⁸⁾.

Deinde in H solo, ut supra dictum est, vestigia codicis nobis ignoti extant. Huc, si libri W, scripturam respicias, referes:

cp. 2, 11 *conditorem*. cp. 3, 4 *baritum*. cp. 4, 5 *quamquam*. cp. 6, 18 *dilectos*. cp. 10, 4 *tenent*. cp. 12, 5 *crate*. cp. 13, 5 *propinquus*. ibd. 10 *rubor*. cp. 14, 4 *principe*. cp. 26, 3 *vice*. ibd. 5 *praebent*. ibd. 6 *labore*. cp. 29, 1 *bathi*. cp. 30, 1 *herquinio*. ibd. 14 *raro*. cp. 34, 1 *dulcubimi* corruptum e *dulcubuni* (W₂). cp. 38, 13 *ornantur*. cp. 39, 1 *semnones*. ibd. 3 *sacram*. ibd. 12 *tempore*. cp. 40, 5 *suardones*. cp. 43, 10 *vegiorum*. cp. 45, 5 *deorum*. ibd. 7 *sueuici*. cp. 46, 1 *Peacurorum*.

Jam eo progressi sumus, ut Baehrensii de codicis H origine sententiam examinare possimus. Is enim l. c. pg. 266 monet: „Um seine von J unabhängige Provenienz aus O (= codex Fuldensis) zu erweisen, muss H zwei Bedingungen erfüllen: erstlich muss er seine singulären Lesarten haben, welche nicht auf Coniectur eines Cinquecentisten beruhen, sondern den Stempel unverfälschter Echtheit an sich tragen,

¹⁾ Quas lectiones codicum B b proprias in C c R S M W, H translatas esse vidimus, eae plerumque in b uno, saepe in B b, rarissime in B solo reperiuntur. Qua re adducimur, ut codicum illorum archetypos neque ad b vel B neque ad X, sed ad exemplar illud a Joviano Pontano exaratum, cuius apographum librum b esse constat (cf. Reiffersch. Sueton. quaest. pg. 413. sq. et XV.) correctos esse credamus, quibus vero locis e codice B scripturae sumptae esse videntur, ibi easdem in Pontani exemplo extitisse, sed ab eo, qui codicem b descripsit, spretas esse contendamus.

²⁾ vid. pg. 9.

³⁾ *hec* C, vid. pg. 11.

⁴⁾ *sed et* M.

⁵⁾ *aut* R R d K M.

⁶⁾ *ac* R M.

⁷⁾ *nuithones* M *huitones* R b f F *vuithones* H.

⁸⁾ *ipso* W, C c S M R b f L.

da zwei Copien stets an verschiedenen Stellen von einander abweichen; zweitens aber muss er, weil bei weitem in der Mehrzahl der Fälle die beiden Copien übereinzustimmen pflegen, da wo die beiden Classen von J unter einander discordieren, auf der Seite derjenigen Classe stehen, von welchen man aus innern Wahrscheinlichkeitsgründen annehmen kann, dass sie die Lesart von J am treuesten aufbewahrt hat“.

Ac primum quidem argumentum non multum ad rem facit. Nam non facile cuiquam persuadetur hanc vel illam lectionem a scriptore ipso profectam, non a correctore quodam in textum inlatam esse. Sed videamus, quae sint illae lectiones codicis H singulares, quae speciem sinceræ integritatis prae se ferant:

cp. 2, 11 *conditoremque*¹⁾. Scripturam relicuorum codicum *conditorisque* spernendam esse ipsi concedimus. Nam verba *origo* et *conditor* ad Mannum solum, non ad Tuistonem et Mannum apte referuntur, ut apud Romanos non Mars et Romulus, sed Romulus solus conditor gentis habebatur²⁾. Accedit quod optimi codices W, H M B b *ei* exhibent, quae lectio impedit, quominus *originem conditorisque* vel ex emendatione Rhenani *originem conditoresque* recipiatur. Sed librarium in exemplo suo *ei* legentem adduci non potuisse, ut *conditoris* in *conditorem* mutaret, obstinate negamus.

ibid. 14 *de eo*. Hunc locum viri docti lectione codicum *deo* recepta varie interpretantur. Ac qui grammaticam spectant rationem, verbum *deo* ad Tuistonem referunt, quem scriptor v. 10 *deum terra editum* vocat³⁾. Sed sensus huius loci postulat, ut *deo ortos* pro Manni filii accipiamus. Tacitus enim tradit Manno tres filios adsignari, *e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur*. Tum in codicibus sequuntur: *quidam ut in licentia vetustatis plures deo ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suebos, Vandilios adfirimant*; quibus verbis mihi nihil aliud significari posse videtur, nisi quorundam sententia Mannum plures quam tres filios habuisse, e quorum nominibus plures quam tres gentes adpellationes traherent. Qua re adducti quidam⁴⁾ vocem *deo* ad Mannum pertinere censent monentes scriptorem etsi Mannum deum aperte non adpellet, pro deo tamen eum habere. Quod si esset, Tacitus profecto, ne obscurus fieret, *deo Manno ortos* scripsisset⁵⁾. Tertiam huius loci expediendi viam Muellenhoff apud Schmidtium VIII pg. 213.

¹⁾ De huius scripturae origine vid. pg. 12.

²⁾ cf. Urlichs, Mus. Rhen. 1876 pg. 511. sq.

³⁾ cf. Baumstark Ausf. Erl. pg. 81. sqq.

⁴⁾ cf. J. Grimm, Deutsche Mythologie ed. alt. 1844 pg. 26. 28. G. Orellii edit. Germ. a. 1846. A. Holtzmann, Germ. Alterth. a. h. l.

⁵⁾ cf. Baumstark Ausf. Erl. pg. 84.

tentavit, qui *deo* neque ad Tuistonem neque ad Mannum refert, sed verba *deo ortos* interpretatur: Gotterzeugte. Cui sententiae id obversatur, quod voce *deo* simpliciter posita nisi Tuisto, qui modo deus adpellatus est, denotari non potest. Quae cum ita sint, huius loci scripturam non integram esse suspicari licet. Idem iam et codicis H librarius et qui librorum Rbf F (*deos*) archetypum exaravit, animadvertisse videntur, quippe qui verbum *deo* emendare conarentur. Sed si ea, quae de huius loci sententia diximus, respexeris, emendationem *de eo* praeferendam esse concedes. Qua lenissima mutatione veram inventam esse scripturam vel eo probatur, quod simile vitium in capite 28. extat, ubi codices *nubii* pro *Ne Ubi* habent.

cp. 3, 4 *baritum*¹⁾. Hoc loco lectionem codicum *barditum* non est cur repudiemus. Nam quae Tacitus ibi de Germanorum carminibus dicit, male congruunt cum iis, quae Isid. orig. XII, 2, 14 Amm. Marc. XVI, 12, 43 Ael. Spart. Anton. Get. e de *barritu* tradunt²⁾. Tum Muellenhoff v. *barditum* iam non a *bardhi* = Schild, sed a *bards* = Bart (Bartweise) ductum esse censet³⁾.

ibd. 12 *incolatur*⁴⁾. Haec lectio non est probabilis. Nam scriptorem verba *quod in ripa Rheni* etc. de suo addidisse, non obliqua quam dicimus oratione rettulisse voce *hodie* indicatur.

cp. 10, 4 *tenent*¹⁾, pro quo codices *temere* praebent. Scriptura codicis H recepta non bene procedit sententia. Nam qui legit: *surculos super candidam vestem tenent ac fortuito spargunt*, exspectat, ut qui modus tenendi quaeque causa fuerit edoceatur. Sed huius rei nulla fit mentio. Idem Baehrens desiderat, quippe qui hunc locum ita convertat: „Sie halten (ohne Zweifel nach bestimmten Vorschriften) die Stäbe über ein weisses Tuch und streuen sie aus, wie der Zufall es gibt“. Ob eam rem hoc loco *temere* servandum esse existimamus. Neque difficile est dictu, quomodo coniectura illa orta sit, si codicis V lectionem *tenere* respicimus. Hanc enim librarius quidam, quia infinitivi formam explicare non potuit, id quod proximum erat, in *tenent* mutandam esse putavit.

cp. 18, 4 *ambiunt*. Sed quid est: *qui non libidine sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiunt*: *Ambire* quidem *aliquem* significat: um jem. herumgehen, jem. umgeben⁵⁾, tum jem. angehen, sich jem.

¹⁾ De origine huius lectionis vid. pg. 12.

²⁾ cf. Baumstark. Ausf. Erl. pg. 167. sqq. Oberdick, Studien zur lateinischen Orthographie, gymn. progr. Monast. 1879 pg. 17. sq.

³⁾ cf. U. Zernial in „Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1885 pg. 386. 393.

⁴⁾ Idem in W, M reperitur.

⁵⁾ cf. Ann. 1, 68 *vallum armis ambirent*, 4, 5 *quantum ingenti terrarum sinu ambitur*.

nahen¹⁾. Qua de causa verba *plurimis nuptiis ambire aliquem*, si ea conparareris cum Vergilii²⁾ *conubis ambire Latinum*, non aliter interpretaberis nisi: j. mit sehr vielen Heiratsanträgen angehen, j. sehr viele Heiratsanträge machen³⁾. Tum vero maxime dubitandum est, num Tacitus hoc loco *ambiunt* scripserit. Nam *plurimis nuptiis ambiunt*, inepte, ut credo, sine obiecto ponitur, si autem hoc suppletur, v. *plurimis* offensionis est. Nam filiae vel earum parentes non plurimis sed singulis nuptiis ambiri possunt. Quae difficultas scriptura *ambiuntur* recepta tollitur, etsi primo adpectu ne sic quidem scriptoris verba probabiliter explicari posse videntur. Non enim satis perspicuum est, quomodo *non libidine plurimis nuptiis ambiuntur* intellegendum sit. Sed *libidine*, ut e verbis *ob nobilitatem* colligi potest, pro *ob libidinem* positum est, qui usus ablativi non rarus est apud Tacitum⁴⁾. Quod intuentes hunc locum ita vertimus: welche nicht zu ihrer Wohllust, sondern um ihres Adels willen mit sehr vielen Heiratsanträgen angegangen werden. Quae interpretatio cum ex omni parte probanda sit, codices veram servasse scripturam contendimus.

cp. 37, 15 *et ipse Pacoro*, quae genuina lectio non solum in H, sed etiam in W₂ M Rbf F (*et ipse et ipso* V) invenitur.

cp. 40, 5 *Suardones*. Idem praebent Rbf F⁵⁾.

Hae sunt igitur lectiones illae codicis H singulares, quas Baehrens coniectura recipere negat. Neque alterius, quod vir doctissimus adtulit, argumenti vim infringere difficile erit, si eas scripturas, in quibus H cum B b contra relicuorum codicum auctoritatem conspirare ille monet, perlustrabimus:

cp. 2, 11 *ei*. Quam lectionem non solum B b et H, sed etiam W₂ M Rde exhibent⁶⁾. Quam ob rem *ei* et in X et in Y extitisse adparet. Eadem ratio est lectionum: cp. 4, 6 *ceruli* B b W₂ H: *cerulei* ceteri⁷⁾. cp. 21, 1 *concilium* B b W₂ H et plurimi alterius classis: *consilium* C c R V. cp. 30, 11 *Romanae* B b W₂ H et alii: *ratione* c R V T W₁ Rd. Scripturam vero *sed et* (cp. 22, 8) e Joviani Pontani apographo receptam esse iam monuimus⁸⁾.

Quae cum ita sint, quibus argumentis Baehrens sententiam suam

¹⁾ cf. Hist. 4, 51 *laetum tantis sociorum auxiliis ambiri neque indigere*. Verg. Aen. IV. v. 283 sq. *reginam ambire affatu*. Hor. Od. 1, 35, 5 sq. *te pauper ambit sollicita prece raris colonus*.

²⁾ Aen. VII. v. 333.

³⁾ cf. Baumstark Ausf. Erl. pg. 612. sqq.

⁴⁾ cf. Baumstark Ausf. Erl. pg. 612.

⁵⁾ vid. pg. 12.

⁶⁾ eius Rbf F A.

⁷⁾ vid. pg. 16.

⁸⁾ vid. pg. 12.

confirmare studuit, ea non sunt talia, quibus codicem H e libro Fuldensi ipso descriptum esse probetur. Nam is neque lectiones singulares praebet, quas a correctore profectas esse negandum sit et artissime cum alterius classis codicibus cohaeret¹⁾, cum libris vero B b tantummodo in eis scripturis congruit, quae aut in aliis codicibus reperiuntur aut e Pontani exemplo sumptae sunt.

Jam relinquitur, ut quomodo codices illi, quos optimos esse repperimus, in textu Germaniae edendo adhibendi sint, exponamus.

In quibus lectionibus W₂ H C c R cum B b vel cum altero eorum conspirant, eas in libro I extitisse pro certo adfirmari potest.

Ubi vero W₂ H et C c R inter se discrepant, ii sequendi sunt, qui cum B b faciunt. Quod his exemplis illustrabimus:

cp. 1, 2 *et (dan.)* C c R et B b: *ac* W₂ H. cp. 2, 8 *nisi si* C c R et B b: *nisi sibi* W₂ H. ibd. 11 *ei* W₂ H et B b: *et* C c. cp. 3, 12 *incolitur* C c R et B b: *incolatur* W₂ H. cp. 4, 6 *ceruli* W₂ H et B b: *cerulei* C c R. cp. 6, 20 *primo* C c R et B b: *primum* W₂ H. cp. 12, 1 *concilium* W₂ H et B b: *consilium* C c R. cp. 13, 5 *propinquus* W₂²⁾ et B b: *propinquus c propinquus (v corr. ex i)* C. cp. 14, 3 *infame in* C c R et B b: *infamem* W₂ H. cp. 19, 6 *accisis c R b accissis C* *adcisis B: abscisis* W₂. ibd. 9 *invenerit* W₂ H et B b: *invenit* C c. cp. 21, 12 *abeunti* C c R et B b: *abeunt* W₂ H. cp. 22, 14 *ioci* C c R et B b: *loci* W₂ H. cp. 24, 11 *prava* C c R et B b: *parva* W₂ H. cp. 25, 11 *regnantur* C c R et B b: *regnant* W₂ H. cp. 26, 5 *praestant* W₂³⁾ et B: *praebent c R*. cp. 30, 14 *rari* W₂⁴⁾ et B b: *raro* C R. cp. 38, 8 *saepc* C c R et B b: *saepius* W₂ H. ibd. 11 *ornatorem* C R et B b: *ornatorem* W₂ H. cp. 39, 1 *se* C R et B b: *seu* W₂ H. cp. 42, 7 *mansere* W₂ H et B b: *manserunt* C c.

Denique quibus locis W₂ H C c R et B b inter se dissentiunt, illorum scriptura, nisi manifesto corrupta est, optimo iure reponitur:

cp. 2, 20 *et* W₂ H C: *etiam* B b. cp. 4, 9 *assueuerunt* W₂ C c: *assuerunt* B b. cp. 5, 11 *proinde* W₂ H C c R: *perinde* B b. cp. 7, 11 *et* W₂ H C c R: *aut* B b. ibd. 14 *et* W₂ H C c: *aut* B b. cp. 10, 19 *explorant* W₂ H C c R: *exploratur* B b. cp. 11, 3 *praetractentur* W₂ c C corr.: *pertractentur* B b. cp. 13, 9 *dignationem*⁵⁾ W₂ H C c R:

¹⁾ vid. pg. 6. et 9. sq.

²⁾ *propinquus* H, vid. pg. 12.

³⁾ *p̄dēt* H, vid. pg. 12.

⁴⁾ raro H, vid. pg. 12.

⁵⁾ De huius loci sententia viri docti varie iudicant. Quidam Orellio praeunte (Symb. crit. et philol. in Tac. Germ. 1819 pg. 15) verbum *dignationem* activo quem dicimus sensu accipiunt (Würdigung, Beachtung, Anerkennung). vid. Baumstark

dignitatem B b. cp. 14, 12 *tueare* W, H C c R: *tuentur* B b. cp. 28, 1
auctorum W, H C c R: *autor* B b. cp. 30, 5 *atque* W, H C c R: *ac* B b.

